Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

CXXXII.

urn:nbn:de:bsz:31-122751

Visual Library

zu bekommen) beſichtigen/ und da ſie erachten werden/ (wie mir nicht zweifelt) das dergleichen Loci Communes ein ſeer nützlich und verkaufflich werck ſeyen/ wiedrumb ſchrifftlich fürderlich mich oder M. Mattheum/ Pfarrherrn und Superattendenten zu Göppingen/ berichten/ ob Ir/ Domine Theodoſi, den andern Tomum de Politica Adminiſtratione, oder auch die andern Tomos zu trucken möchten bedacht ſein. Alsdann ſolte E. E. und A. ſelbiger Tomus, und im fall es begehrt würd/ auch der dritt verfertigte Tomus bey gewiſſer bottſchafft zugeſchickt werden. Ich verhoffe gäntzlich/ es ſolte abgehn. Dann ich waiß/ daß diß opus in dieſem Fürſtenthumb groſſe frag hat/ verlanget vil guter leut darnach / und wäre ein ſeer nützliche Arbeit für die Pfarrherr/ damit ſie von iedem Loco ſatt und gründlich aus der ſchrifft / und mit den worten der ſchrifft reden könten. Das hab E. E. und A. Ich gutherztiger maining ſchreiben ſollen/ und bitt dienſtlich/ ſo vil müglich/ umb fürderliche antwort. Thue E. E. und A. hiemit in den ſchutz des Allmächtigen befelhen. Datum in eil zu Stutgart/ den 28. Aprilis/ Anno 73.

E. E. und A.

dienſtwilliger

Lucas Oſiander, D. Würtenbergiſcher Hoffprediger.

Inſcriptio

Den Ehrwürdigen/ Hoch- und wolgelehrten/ Achtbarn/ Herrn Joanni Marbachio, Theologiæ Doctori, Pfarrherrn und Superattendenten zu Straßburg/ auch Herrn Theoſio Rihelio, Buchhändlern zu Straßburg/ meinen günſtigen lieben Herrn ſambt und ſonders zuerprechen.

CXXXII.

S. Sicut ſemper mihi gratæ tuæ literæ fuerunt & ſunt, vir Reverende & chariſſime frater, ita nonnihil ex iis doloris traho, ob eam dilectionem, qua te Eccleſiamque proſequor. Nam video, eſſe tibi odioſum, moleſtumque negotium cum iis, qui controverſias cient, non neceſſarias, nec Eccleſiæ utiles, tibi verò moleſtiſſimas. Verum quia ſic viſum eſt optimo patri, fidem, conſtantiam, patientiamque tuam probare, atque exercere, animo non deficies, & qui in aciem te educit, Spiritu principali donabit & confirmabit, ſic item reget, diriget vias tuas, ut te virum DEI decentem

modeſtiam, cum juſta gravitate conſerves; calumnia, qua gravaris, propter Illyricum declarat impudentem malignorum audaciam & vanitatem. Verum apertior hæc eſt, quàm ut multa refutatione egeat, neque magis in te hærebit, quàm aſpergines luti in veſte, ad ſolem poſita. De Luthero, ſanctiſſimæ memoriæ patre, fruſtra ſibi blandiuntur, qui à ſententia ipſum ſemel circa Domini cœnam promulgata diſceſſiſſe exiſtimant, documenta ſunt ejus ſcripta, de hoc negotio à Tractatione concordiæ poſteriora, qui ut propenſus pro ſua pietate ad piam conciliationem fuit, ob Eccleſiæ ædificationem, ita veritatem doctrinæ circa hoc ſacrum intactam eſſe voluit, paratus interea amplecti, & ſufferre etiam eos, qui nondum conſequerentur omnia, dummodo quoad ſubſtantiam attinet, eadem procederent regula, donec illud ipſum Dominus revelaret; ut multò minus ipſi defectio imputari queat, quam Herculi puſillanimitas, Catoni avaritia, Phocioni animi à ſincero juſtitiæ ſtudio declinatio. Cæterum quod inconſtantiæ vir optimus deque Eccleſia præclarè meritus, Bucerus, arguitur ab importunis quibuſdam, non eſt nova calumnia, ſed inde orta, quod Sequeſtri munus parum reputatur, cui neceſſum eſt utriuſq; partis, quas compoſitas velit, durius in ſpeciem dicta, candida interpretatione mollire, & in utraque aliquid deſiderare: quod qui levitati imputant, declarant, quam ipſi procul abſint à veræ ædificationis ſtudio, quo hic vir DEI cum conſtanti ſinceræ doctrinæ circa hoc ſacrum ut alia profeſſione flagravit uſque ad finem, non ſemel teſtatus, intempeſtivo zelo eò uſque provectum, ut veram Lutheri doctrinam unà cum aliis impugnaret, unde factum, ut quotquot per ipſum circa hanc controverſiam edocti ſunt, eandem doctrinam & confeſſionem, cum iis teneant Eccleſiis, quæ Auguſtanam ſinceriter ſequuntur. Apud nos nihil magnopere habetur quo juvari queas, habet autem indubiè Conradus Hubertus veſter, qui vel ob ſuam erga defunctum Præceptorem reverentiam non gravabitur exhibere, quæ ad famam ejus aſſerendam pertinere poſſunt. Deploranda ſanè ſunt hæc tam ſiniſtra quorundam ſtudia, qui ut apertam lucem obſcurent, ad ſua præjudicia detorquere conantur, quamlibet ſincerè dicta & acta. Filios tuos gaudeo reverti in patriam ornatos Academiæ celeberrimæ teſtimonio, ſperoque daturum Dominum, ut ſalutarem operam præſtent, Scholæ & Eccleſiæ, eumque precor, ut angelus DEI illis dux ſit in itinere, quo ſalvos & incolumes cum gaudio excipias. Præter ea, quæ ad M. Pappum dedi, nihil novi habeo, à quo requires. Bene vale in Chriſto Jeſu cum uxore, familia & collegis omnibus. Baſileæ ſcripſi, 11. Maji, Anno 73.

Salutant te mei Collegæ.

R. d. t. totus

Sulcerus.

CXXXIII.